



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Horæ. III. quoad tempus, locum, & ordinem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

excusauerit, graue peccatum intelligat admiffiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes non prædictis pariter contineri.

At quicumque penſionem, fructus, aut alias eccleſiaſticas ut clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum beata Maria virginis decernimus obligatum, & penſionem fructuum, rerumque ipſarum miſſioni obnoxium.

Huius motus proprii breuem declarationem. vide ſupra tit. Beneficiarius I V.

HORÆ. III. QVOAD
tempus, locum, & ordinem.

Qui tenentur ad officium diuinum, non debent ſine iuſta cauſa comedere in ieiuniis quadageſimæ ante nonam recitatum. c. 11. n. 27.

Peccat mortaliter, qui ante recitatas matutinas celebrat, niſi urgente neceſſitate. cap. 25. num. 83.

Melius eſt anticipare horas quàm poſtponere. num. 97. Vnde licet Matutinum officium diei ſequentis recitare ante ſolis occaſum, & etiam poſt illum omnes horas recitare. num. 107.

Non peccat mortaliter, qui per obliuio-

nem inuertit ordinem horarum. & qui per obliuionem aliquam partem omisit, adimplet supplendo illam, quamuis non repetat reliqua. cap. 25. num. 99.

HOSPITALE.

Hospitalia, seu Xenodochia tantum instituuntur in utilitatem pauperum. Vnde parentes, qui exponunt filium in Hospitali, vt ibi nutriatur, tenentur soluere hospitali expensas, nisi excusentur ob paupertatem. cap. 16. num. 48.

Peccat hospitalarius mortaliter, qui non expedit reditus hospitalis, in iis ad quae sunt destinati, vel finit eos perdi: & qui nimis tarde recuperat bona eius alienata: & qui adeo negligit reficere eius aedificia, vt ob id cadat, cum obligatione restituendi. c. 25. n. 67.

Circa hospitalia statuit Trid. sess. 25. c. 8. de Reformatione haec sequentia.

Hospitalarij hospitalium onera cōpleant, quae si commodè non possint, fructus illorum in alium pium usum conuertant, prout ordinario cū duobus peritioribus de capitulo videbitur.

Et omnes hospitalarij etiam laici (nō tamen regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia) ad praedictam obligationem implendam ab Episcopis compelli possint. Et propterea in foro conscientiae teneantur ad restitutionem fructuum,